

- 17 Filia ratione fuitæ dicitur quali domina bonorum paternorum.
- 18 Jus legitimum pendente vita patris est pretio æstimabile, & potest vendi, & in contrarium deditur.
- 19 Renunciatio juri paternorum, qua mediante dote à filia fit, tantum inducit eorundem juriu venditionem.
- 20 Et operatur, ut dos in pretium renunciationis accepta, censetur subrogata in locum bonorum renunciatorum, & sic exuat naturam dotis profecticia, maneat ut n. 15.
- 21 Stipulatio restitutionis dotis facta favore filie arguit dotem esse adventitiam, & propriam filie, & omne jus à patre remissum fuisse.
- Amplia, ut n. 17.
- 22 Imputatio dotis in legitimam nepotum à patre voluta, arguit voluntatem patris, ut in legitimam filia imputetur.
- 23 Si filia mediante dote legitima paternam renunciavit, dos evadit pretium legitimæ renunciatæ.
- 24 Etiam renunciatio inest referentio aliorum juriu.
- 25 Filia non debet remanere sine dote, & sine alimentis.
- 26 Pater tenetur filia subministrare fructus dotales ab initio tantum loco alimentorum.

DECISIO VII.

Occasione matrimonii contracti à Comite Ludovico Francisco de Seytres cum Maria Catharina de Fortias Marchio de Monreal illius pater dote constituit in summa 15 mil. librarum, voluit tamen, quod illam imputaret in compensationem legitimæ, ejusque supplementi debiti ex hereditate paternæ, & maternæ; & Catharina filia obsequendo etiam voluntati paternæ, eisdem juriu expresse renunciavit. Unde dissoluto matrimonio per obitum viri, Catharina superflus agendo contra patrem dote promissorem pro fructibus interim decurris, mandatum obtinuit ab A.C. Oris, quod tamen hodie DD. censuerunt esse exequendum. Constat siquidem de illius validitate ex revolutione actorum, defectus vero vice executivæ sublatus remanet ex obligatione Camerales adjecta in ipso instrumento dotali, & Delegatione in contrarium allegata procedunt, quando per revocationem dote factam ad patrem, extincta fuisset illius obligatio; quod fecus dicendum est in dote, de qua agitur, quæ tanquam adventicia semper remanet in patrimonio mulieris; ad huc permanente primæva obligatione patris consecratur ad illam, firma quoque remanet via executiva. Iustitia vero quæ promanet ex ista constitutione dotis facta in causam legitimam, non bene impugnatur à scribentibus pro Marchione, sub eo potissimum fundamento, quod constituta filia in statu viduitatis, adhuc vivente patre, accelliones dote nullo jure perii possunt, quia, ut ait rex in l. h. c. cum, utriusque judicis, dos, soluto matrimonio, ad patrem reverfa, dicitur effecta paternæ subfita utia.

Nam hoc assumptum, super quo totum verfabatur casus momentum, nullo pacto subsistere visum est, quia recurrendo ad instrumentum dotale constat, dotem ex præambula voluntate contrahentium fuisse assignatam pro juriu paternis, & maternis, & correfpective ad hereditatem utriusque parentis, illam quoque fuisse imputatam in legitimam, ejusque supplementum; unde cum filia in sequelam hujus præcedentis conventionis in ipso actu constituta dote, illam receperit pro omni, & toto eo, quod petere poterat, vel pro legitima, ejusque supplemento, quoties eisdem juriu expresse renunciavit dos, dicitur subrogata in locum juriu renunciatorum, & induendo illorum correfpectivam naturam, transit in proprium patrimonium filie, perinde ac si illud aliunde processisset, quam de substantia paternæ, ut originaliter tradit Castrenf. conf. 372. nu. 4. lib. 1. cum quo transeunt Cravett. conf. 81. nu. 5. Soccincen. conf. 135. nu. 1. lib. 1. Urceol. conf. 17. nu. 25. in append. Urfill. ad Aff. f. d. 236. nu. 7. Thomat. dec. 185. nu. 30. Rot. cor. Seraph. dec. 815. nu. 4. cum segg. & in civitate Castellæ dotis coram bo. mem. Emerix impref. apud Torr. de pact. futur. succell. dec. 113. nu. 2. cum seg. confirmata coram eodem f. die 4. Martii 1663. f. siquidem. Nec dicitur dote constitutam ex patrimonio paterno censeri semper profecticiam, quia, ut subdit rex. in l. 5. ff. de juriu. dot. profecticia dos est, quæ à patre vel à parente profectia est de bonis, vel facta ejus, ex quo arguebatur, quod etiam illa assignata fuisset correfpectiva ad legitimam, immutata tamen non potuisset propriam naturam, vivente patre, quia legitima non datur in bonis viventis, ut advertit Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. g. 9. nu. 27. cum aliis cumulatim per Gratian. disp. 882. nu. 2. & comprobatur Rot. coram Priolo dec. 77. nu. 6. cum aliis segg. Quandoquidem procedendo cum distinctione, illic de

regitur in substantia illius objecti, & facilius conciliantur auctoritates in contrarium allegatæ; illæ namque procedunt quando dos fuit simpliciter assignata cum sola expressione illam imputandi in causam legitimam; in ista enim casu, quia voluntas patris non est certa, quod in vita voluerit prævenire illius solutionem, & verifimilius est, quod talem dotis assignationem potius fecerit sub conditione illam compensandi in legitimam, quatenus ipse præcederet filie; sufficit hæc sola dubietas, ut dos non censatur in locum legitimæ subrogata, nisi in solo patris præcedere, ideoque sicuti ipso vivente legitima non debetur, ita etiam dos considerari non potest, nisi tanquam dos, ut videre est apud Merlin. de legitim. d. quasi. 9. nu. 27. & his terminis procedit Rota in recen. dec. 459. n. 7. cum segg. p. 4. tom. 2. & coram Seraphin. dec. 815. nu. 4. f. segg. & illa coram Priolo d. dec. 77. nu. 6. cum seg. loquitur in casu quia filia præcederet patri, & non apparet, quod hereditati paternæ renunciaverit, qui non est casus nosfer.

Sed quando ultra dotem assignatam in causam legitimam, fuit etiam, prout hic, correfpectiva ad ipsam dotem superaddita conventio renunciandi legitimæ ejusque supplemento; quia in isto casu renunciatio dicitur correfpectiva dotationi, & dos censetur data sub titulo preventivæ solutionis pretii eorundem juriu, quibus renunciatum fuit, tunc absque dubio dos succedit in locum legitimæ; & quia non dicitur profectia ex liberalitate patris, perinde habetur, ac si illa constituta fuisset ex bonis ipsius filie, ut bene explicando materiam comprobatur Card. de Luca de dote d. d. d. 75. n. 7. & subsil. d. d. 155. sub nu. 5. Hodiern. contr. 34. n. 8. Rot. coram Dumoz. dec. 267. nu. 2. cum seg. & in Romana pecuniaria 8. Junii 1665. f. illam enim coram bo. mem. Albergato Impref. apud Torr. de pact. futur. succell. dec. 16. nu. 15.

Ratio vero quoad ultimam partem hujus distinctionis ex eo desumitur, quod cum filia ratione fuitæ dicitur quali domina bonorum paternorum, per text. in l. in suis, l. ff. de liber. & posth. vel saltem habeat jus certum, & invariabile succedendi in legitimam, ejusque supplemento, quia ista iura secundum mensuram bonorum, in quibus spectatur successio, sunt pretio æstimabilia, non repugnant, quod possunt vendi, & in contrarium deduci, per ea quæ tradit Bald. in l. h. nu. 3. vers. quoad est spes, c. de pact. Lad. arch. conf. 58. n. 13. Peregrin. de judic. art. 23. nu. 62. Unde sub pacto recominciandi occultata censetur illorum venditio, & in recomensam pretii eorundem juriu renunciatorum censetur data in solum bona in dote assignata; nam si patris voluit sibi, suisque hæredibus consulere, non filia plus petere possit, quam legitimam, non potest etiam reportare alterum commodum, quod Dos retinet qualitate profecticiam, & quod illa consideratur tanquam proveniens à liberalitate patris, ut in puncto notat Castrenf. d. conf. 372. nu. 4. lib. 1. Rot. coram Seraphin. dec. 815. in h. & in rec. dec. 113. n. 23. cum seg. p. 8. & dec. 344. nu. 3. f. seg. ac in nu. 10. pariter cum seg. p. 19. & in Romana Dotis, & fructuum 15. Martii 1694. f. præterquam quod, coram bo. me. Benificæ, confirmata 5. Julii ejusdem anni coram R. P. D. meo Muto.

Sed quæ habet difficultas dos fuerit constituta in lib. 15. mil. pro rata tamen lib. 9000. apparet, quod illa non exivit de patrimonio paterno, ideoque censeri debet adventicia, quia patris in illarum compensationem reportavit à Ludovico forte similem donationem lib. 9000. & ex renunciatione per se ad eo pingui emolumento, & ex renunciatione per filiam reportata super juriu legitimæ paternæ, & maternæ, perinde haberi debet, ac si nihil de proprio solvisset, & tota dos profectia fuisse de substantia, & peculio ipsius filie.

Verum hæc omnia magis urgere visa sunt, quia in casu præfenti, pater in instrumento dotali stipulatus fuit restitutionem dotis pro filia; ideoque dicendum est, quod si beneficium filia, juxta theoreticam Bartol. in l. post dotem nu. 27. ff. solut. matrim. cum quo transeunt Surd. conf. 206. nu. 20. Redenaf. conf. 75. n. 13. cum segg. alioque relati in Pisaren. hereditatis 18. Martii 1695. f. coram me, & successively confirmata 14. Martii 1698. f. & quidem coram R. P. D. meo Muto.

Non obstantem, quod superaddita fuerit clausula, etiam eius de jure, quia cum in actu faciendæ restitutionis maritus prius loco promissit id instrumentum dotali, circa modum faciendi restitutionem, nullo pacto præposterari debet; unde quia dos succedit in locum legitimæ, ideo illius restitutio fuit prius præordinata ad commodum filie, & deinde eius de

de jure, ut in terminis explicat Rot. in dicta Pisaren. hereditatis 27. Junii 1695. f. nam quoad dotem coram me.

Nec ex eo, quod pater voluerit, præcedente filia, dote imputari in legitimam nepotum debitam ex persona matris, dici potest naturam legitimam non assumptis usq; ab initio, sed illam assumere posse ex futuro eventu; quia si pater voluit imputare dotem in legitimam nepotum, eo magis dicendum est illam imputare voluisse in legitimam filie, unde factis est, quod in actu dotationis reportaverit à filia renunciationem legitimæ, ejusque supplementi, ut dos semper evadat pretium legitimæ renunciatæ, Palm. nep. allegat. 306. nu. 1. cum segg.

Et ita quoque non relevat, quod in renunciatione filia sibi reservaverit iura fideicommissorum, & aliarum successio, ad que potuisset etiam in futurum vocari, nam licet illa remaneat intacta, quia tamen cum effectu fuit renunciationem legitimæ, ejusque supplementi, negari non potest, quod ista iura renunciata tanti possunt valere, quanti valet ipsa dos; ideoque quoque non probetur illius excessus, habito respectu ad iura renunciata, semper dos assignata censetur potius ex peculio filie, quam ex providentia, & largitate patris, juxta auctoritates superius allegatas.

Demum his omnibus superadditur, quod filia non debet remanere sine dote, & sine alimentis; unde quia fructus dotales fuerunt taxati in certa quantitate, in omnem casum teneretur pater in eadem proportione illos subministrare loco alimentorum, quia exceptus de jure non præsumitur, juxta ea quæ tradit Rota apud Ferzon. ad statut. urb. dec. 84. f. unde cum dos, & in Casanens. Dotis super fructibus 26. Junii 1693. coram R. P. D. meo Muto.

Et ita utraque parte informante, &c.

R. P. D. ANSALDO.

Romana Dotis, & Lucri.

Lma 26. Aprilis 1700.

A R G U M E N T U M.
Lucrum Dotis ex statuto Urbis, existentibus filiis ex communi matrimonio, debetur solum quoad usumfructum conjugii superfluit, reservata proprietate filii, & illud continetur sub fideicommissio ordinato à Patre, vel Avo & talis proprietatem non potest esse debita, nisi quis sit hæres filiorum, qui non lucrati habent proprietatem: Lucrum de jure non debetur, & ex statuto delatum, ad illius litteram, & juxta terminos ab eo præscriptos tantum debetur. Et statutum de lucro dotis, ut contra jus, non est extendibile: Lucrum debetur in proprietate, si fit se promissio, & observantia hoc præferat: Ex quibus talis promissio excludatur, & censetur facta solum quoad usumfructum.

- 1 Statutum Urbis de duobus conformibus non procedit, si non concurrat validitas simul cum justitia contentiorum.
- 2 Si conjugii, cui fuit delatum lucrum in usufructu, sit etiam hæres illius, cui debebatur proprietatem, consequitur illud etiam quoad proprietatem.
- 3 Lucrum dotis acquiritur tantum quoad usumfructum, de decore conjugii, remanet usufructus consolidatus cum proprietate.
- 4 Lucrum dotis remanet fideicommissio avi, si conjugii filii illud acquirit solum quoad usumfructum, existentibus filii quorum conjugii non est hæres, & n. 6. & 25.
- 5 Lex vel statutum adaptatur ad ea quæ frequentius accidunt.
- 7 Lucrum proprietatem quod præviatur mater, filii non existentibus, asserunt videtur.
- 8 Donationes propter nuptias antiquitas usitata observant in usufructu duntaxat.
- 9 Lex vel statutum quod non dicit, nec nos dicere debemus.
- 10 Res in omni materia potest dicere, quoad res liberos ad hæres habet.
- 11 Lucrum dotis de jure non debetur.
- 12 Statutum contrarium non potest de marito ad sororem, & de patre ad avum extendi.
- 13 Statutum de lucro dotis non patitur extensionem.
- 14 Statutum Urbis de lucro dotis non extenditur de casu ad casum.
- 15 Lucrum debetur tanquam debitum, si titulo legati & fideicommissi.
- 16 Hæres præsumitur præjudicatur de mente testatoris.
- 17 Factum auctoritate præjudicatur de mente testatoris.
- 18 In necessitate præjudicatur de hæredibus.
- 19 In necessitate non potest de hæredibus existi.
- 20 Una determinatio respiciens uniformiter plura determinabilia, inæqualiter ea non determinat.
- 21 Legatum ad hoc non reddatur inutile, sufficit in aliquo verificari.

- 22 Et fas est, quod per legatum duplicetur actio.
- 23 Lucrum si debetur in solo usufructu, si pro illo sint constituta bona, conjugatio restringitur ad usumfructum.
- 24 Obligatio non debet extendi ultra id ad quod quis renunciat.

DECISIO VIII.

Sanctio statutaria Urbis in cap. 131. lib. 1. plures, casus non leves in puncto juris adaperuit inspectiones; cum enim præceteris controversis in auditorio nostro ventilatis inter Victoriam Felicem, & Marchionissam Antoniam confobrinas, numerarentur illa quæ, sui lucrati dotales ad limites statuti superiacui affueri per conjugem superviventem, excitavit Victoria Felix pretenfionem, quod ex persona Lucie matris sibi pretenfionem, quod ex tenentiam, deberetur etiam quartum quod nuncupatum dotales sed minus feliciter, quia post passam contra fe in hac petitione sententiam coram RR. PP. DD. meis de l'Olmo, & Priolo hodie pariter DD. dixerunt esse locum alteri statuto de duabus rescriptum sane præsupponens, & firmans validitatem non minus, quam iustitiam præcedentium iudicatorum; aliis quippe, alteruto defectu concurrente, & refcribitur negative, ut ipsa quotidiana edocet praxis, & fuit etiam tactum & annotatum in Romana fideicommissi 15. Januarii proximè præteriti, f. Ratio, coram me.

Diximus minus feliciter, seu potius minus fundatè, quoniam frustra in hac verifimiliter extrema periodica instantia conabantur defensores Victorie Felicis, nedum concutere fundamenta antecedentium decisionum, sed in presenti audientia, illa superaddere & de novo promoveri. Quatenus enim ad vetera attinebant fundamenta, parum frustragari poterat littera præcæti statuti in c. 131. lib. 1. detestantis, si vero maritus (prout ex casu præcæti fuit Victoria Felice filia) ex ore supervivente cum liberis decedat, usque quantum est quarta pars dotis pro donatione propter nuptias ad usufructum tantum de bonis maritus læretur, pro qua cavetur statutum, tantum de bonis maritus læretur de iure restitui debet, quod usufructu sinito, illam restituere quibus de iure restitui debet; quasi vero per hanc municipalem loquendi formulam, sicut Lucia illius mater superflus indubitanter superlucrata fuerat usufructum hujus quartæ partis, ita respectu proprietatis ea de jure ad actricem fuerit devoluta ex restituenda, cum ipsa actrix existeret filia non minus quam hæres, tam eisdem Lucie matris usufructuariæ quam Francisce patris, ab eodem statuto obligati quartam præcedendo pervolvere de suo patrimonio uxori superviventi, secundum ea quæ in terminis liberorum ex contracto matrimonio remaneantur, ubi ultra qualitatem filiationis superinducunt etiam alteram tituli successorii & hereditarii, firmatū non ambigunt fuit in dec. 179. per post Ferzon. ad statut. Urb. cor. Peur. dec. 138. n. 4. & cor. san. me. Alex. VIII. dec. 178. n. 5. & 6. & in Romana cens. 27. Jun. 1798. f. hand relevat. cor. bo. me. Urfino Decano.

Obstitit namque hinc de iuribus & rationibus, illud idem, quod apparcat robuste stabilium ad intellum ejusdem statuti in decisionibus editis coram præcæti RR. PP. DD. meis de l'Olmo, & Priolo, sub die videlicet 15. Martii 1697. coram primo, & sub die 18. Aprilis 1698. coram secundo, nimirum quod non ipse tantummodo Francisce vir, & respectivè pater actricis absolute legebanur obligatus pro restituenda Lucia dote ac quarto, sed substantia liter, sive in veritate, & scientia rei Dominicus Francisce pater, & consecutivè avus actricis, atque in effectu restituitio dotis, & consecutio lucrati experiebatur adversus hereditatem, & patrimonium Dominici, qui in instrumento dotali ejusdem Lucie (ut in summario Victorie Felicis n. 1.) caverat nomine Francisce filii, nullam particularem ac propriam peculium habentis, de eadem dote restituendam, & quartum similiter solvendo ad formam statuti sicque pariter invertebat, quod actrix esset hæres tam Lucia matris, quam Francisce patris, nisi insum fuisset hæres Dominici avi, dum nullum jus præterdere valebat in se transfusum, & ad prescriptum ejusdem juris per statutaria verba restituendum ex persona Francisce genitoris, cum ille esset in radice principalis beneficii, quod verborum lucrum, non assequi debebat; Lucie vero mater in vim verborum ejusdem statuti per superfluentiam actricis filie ejusdem matrimonii, nullum patrimonium transmittente, & transfundere poterat jus in filiam quantumvis hæredem, cum illud consisteret in simpliciter usufructu, per illius mortem expirante, ac consolidato remanente cum sua proprietate, ad text. in l. 3. ff. ff. quib. mod. usufructus amiet. cum concord per Rot. cor. Merlin. dec. 642. nu. 1. cum duob. segg. coram Caril. dec. 142. n. 7. & in recen. dec. 172. n. 10. part. 9. & in his terminis modern. de Luca in suis præcæti, quæ ad l. familia, C. de

C. de nupt. 9. 194. n. 1. Rot. in d. Romana censu 18. Martii 1697. s. si vero dicitur quatuor...

Cum igitur Victoria Felix non esset heres Domini eius avi, qui Donatum alterum filium suum masculum scripserat...

1697. s. quia ultra quod in fin. coram R. P. D. meo Pio. Atque ex his nullatenus aliquid congruebant, quinimo in ipsa medulla rationis retorquebantur decisiones...

5 que praesens virtus ac patrem respectiva de suo patrimonio debere lucra hoc statutarium extrahere, noluit infam eundem patrem indifferenter obligare favore proprio...

8 Minusque in aliquo recalcitrabat illa quaedam asperitas, quae huic opinioni videbatur inesse, ex quo nimirum iuxta ordinata per idem statutum quatuor hoc tum in usufructu...

9 Plurimam quidem hanc asperitatem occurrere responso, quod huiusmodi lucrum praesentive a determinatione statuti particularis non fuisse, nec erat exposcibile de iure communi...

10 Rot. post eundem dec. 354. n. 4. cur & hoc non licebit avo...

cumque representantibus, quando nepotes, neque ex iure, neque statuto valent, aut ex propria persona aut ex illa patris...

Hinc progrediendo ad alia motiva, hodie per defensores eiusdem Victoriae Felicis accreta, ac superexcitata; paucum obliit, quinimo manifeste retorquebatur illud, quod huiusmodi praeiudicium municipalis loqueretur dumtaxat de ipso marito sive patre...

Necessario sicuti suadent informatores pro Victoria Felice resiliat, quod dum Dominicus avus adhuc expressè nudi fuit legaverat ultra dotem etiam quartum...

15 Eoque maxime quia huic intentioni legandi, ac voluntati solvendi non minus dotem quam eius quartum seu lucrum, ad stipulabatur observantia subsecuta Donati filii, & haeredis Domini fideicommissarii; etenim in quietantia quam reportare curavit a Lucia legataria matre, & auctrice Victoriae Felicis sub anno 1674, pro fructibus ac interventus dotis, & lucris, eidem usque tunc brevi manu persolutis, formiter expressit illa verba...

16 Arrisit namque perspicua & opportuna replicatio, quod iam prima pars huius obediens nulla alia eversio indigebat, dum (ut admodum) ex ipsa intrinseca ratione retorquebatur, uti divellens ex diametro praetensionem cujuslibet lucri fundatam super ipso simplici statuto, ad lib. 1. cap. 13. tantum non extendendo ad casum hodiernum; quare ita reducendo amaritudinem ad exauriendum, pedes fundamque intentionem Domini legantis, DD. non poterunt maturitatem eorum intellegendum unquam captivare, quod Dominicus cogitaverit esse tam liberalis erga nuntum, praecipue post dissolutionem matrimonium cum filio, & sedulo universis fideicommissum favore Donati alterius filii masculi, ut idem (& quod plus erat, in parte pensali, scilicet quando cum eius filio cohabitare renucret abundanter & gratose legare voluerit lucrum ipsi nuntii non de 17...

17 Rot. post eundem dec. 354. n. 4. cur & hoc non licebit avo...

in praesenti, hoc iuris error, neque etiam tate dispositum poterat contra de lucum testantis intentionem sustentari, ex communitate animaverbis in simili proposito per Ruiti, conf. 70. n. 6. & sub n. 8. verba ergo lib. 2. Vent. conf. 28. n. 77. & 78. Altograd. conf. 44. n. 15. lib. 2. Urceol. conf. 22. n. 15. modern. de Angel. de consil. lib. 2. g. 4. sub n. 15. conf. deummodo, Rot. dec. 20. sub n. 13. conf. leges antea, post Salgad. in labyrinth. redit. p. 1.

19 Quod revera Dominicus verbi elapsus in huiusmodi errore, palam convinebatur, ex quo sub eadem periodo dotem quaque legaverat, unde sicuti liquebat, eum devenisse ad legatum dotis, sola necessitate impellente, partimvero quoque praesentium erat, eadem inexistente necessitate, sine credulitate, sedulo fuisse ad legatum lucrum, ne una & uniformis determinatio dispositionis ad difforma & inaequalia trahatur, contra regulam text. in 1. iam hoc iure, ff. de vulgar. et pupill. de qua in proposito Rot. dec. 164. n. 12. post Zacch. de obligat. General.

20 Vel saltem, & in omnem casum, nulla intentio legandi supra verè debuit, elici poterat ex hoc copulativo relicto dotis & lucri, cum etiam praesentive a motivo erroris, sufficiens, ne legatum reddatur in utile, quod in aliqua parte afferat emolumentum, & possit verificari, ut inquit Bart. in l. Maximus, §. fundo n. 2. ff. de legat. 2. ibique etiam Castren. conf. n. 4. de Rota. conf. 63. n. 26. modern. de Luca in animadvert. ad Gratian. disp. 833. n. 2.

21 Ad praesens autem egregie congruebat illud emolumentum, quod cadit circa duplicationem actionis etiam respectu dotis legate, per text. in l. 1. et tot. tit. ff. de dot. praeg. et in §. sed si uxori, institus de legat. Bart. de success. lib. 9. tit. 2. n. 1. cum reliquis apud Modern. Lucen. conf. ult. g. n. 6. et 7. Et congruebat pariter positiva illius verificatio, quia Lucia nurus conseqi debebat huiusmodi quartum, quantumvis in his terminis coarctatum ad solum usufructum, atque idcirco nullo modo poterat ad omne, ut dicitur, pejus huiusmodi simplex relictu seu praecipuum de solvendo in unctum hederi subextinguendo ultra limites huiusmodi usufructus, dum non obstante effectiva solutione & consignatione huius quartum statuti, etiam facta & consummata sine ulla praeservativa in tot bonis, aliis in sacro Tribunali dictum fuit, quod eadem solutio & assignatio contineret in semetipsa implicitam restrictionem ad purum usufructum, & prout in successiva disputatione debitum dumtaxat apparebat, ut patet ex firmatis in toties allegata Romana cens. 18. Martii 1697. & 27. Junii 1698. per tot. cor. bo. me. Ursino, & concordat Card. de Luca de dot. disp. 145. n. 104.

22 Ab hoc quoque de iure illud robur adde valeret asserta subsecuta observantia Donati filii & haeredis Domini, quoniam quidquid licet possit circa veram & intrinsecam ipsius Donati intentionem, utrum scilicet & ipse quoque putaret idem quartum Lucia debere in proprietate; certum nihilominus semper erat, quod huiusmodi praesentia observantia non erat apta preyalere vero intellectui statuario, quia de facto neque Donatus, etiam loquens d'fretive de capitalibus & fructibus, unquam somniavit aut voluit aliquid superadiciere legalis obligationi, non solum ex solida praesumptione, de qua in l. 4. §. si ex conventionem ff. de re iudicat. cum concord. in 1. decif. huius causae, 15. Martii 1697. §. fin. coram R. P. D. meo de l'Olmo, sed etiam quia explicitè adhibuit in praedicta quietantia illa verba firmis tamen et in suo robore permanentibus, &c. quae uti simpliciter praeservativa nuntum inducunt novam voluntatem, vel obligationem, sed solummodo conferunt illam de iure iuris & praesentive, ex traditis per Rot. in Romana spe Spoletana cens. 28. Junii 1694. §. non obstant, coram Rever. P. D. meo Pio confirmata 1. Julii 1697. §. nec demum, coram R. P. D. meo Decano, & in Perusina Affidus 7. Decembris 1699. §. fin. cor. me.

23 Ceterum valde aberrare videbatur Victoria Felix in opinando, quod statutum d. c. 13. lib. 1. locum non haberet in casu praesenti, quodque consequenter non subfisteret assumptum habitum in decisionibus praecedentibus instantiarum; nimirum quod sicuti ad terminos eiusdem statuti, quoties ipsa exigeret praetendere quartum à Francisco patre, demonstrat omnino compelleretur, sese esse illius heredem, eodem pariter modo teneretur ostendere quod haeres foret Domini avi, siquidem & si statutum in nudo cortice loquatur de patre, at tamen procedit etiam in avo, ex eo quod lex municipalis in tantum mentionem facit de patre, & respectivo marito, in quantum hoc est in praxi frequentius, tarsi que est casus, quod obligationem referuntur dotem, & quartum, marito seu patri inmixtam subeat socer & avus respectu, & de facto quod statuentes ita intellexerint, habuisse scilicet equum, non ad per-

sonas demonstratas patris aut mariti, sed ad substantiam solum obligati restituere dotem & quartum, quotidie convincitur ab exemplo casus consimilis; dato etenim, quod legis subintret obligatio avi vel alterius ascendentis, qui super bonis suis fideicommissum ordinaverit, in his profecto circumstantiis, lucro quidem superfluitibus filiis perituris conjux & infimul mater in mero usufructu, sed proprietates remanet in fideicommissio ascendentes, & in ea non succedunt nepotes, nisi appareant vocati ad idem fideicommissum, quia semper eadem proprietates remanet etiam penes ipsum fideicommissum, & in eo substitutus, quemadmodum pluries affirmavit Rota, & praeter ceteris in dec. 361. sub n. 5. conf. eorum unque est, & dec. 417. nu. 14. & 15. coram Card. Certo, in Romana legitima 18. Martii 1697. §. & sanè usque ad §. utrumque, coram R. P. D. meo Pio, eius recentius in Romana fideicommissi de Maximis 30. Januarii 1699. §. Jan. coram R. P. D. meo Molines Decano.

24 Firmiter itaque à primo ad ultimum constante, quod nunquam posset Victoria Felix assequi huiusmodi lucrum in proprietate, cum non afferet eversum iuralem haereditis respectu Domini, firmiter etiam DD. resolverunt ut supra, esse locum statuto de duabus, habentes se in reliquis remissive ad praecedentes huius caufae decisiones, Et ita utraque parte informante.

R. P. D. P. I. O.

Afulana Dots.

Luna 28. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Laeso non praesumitur, sed potius iustitia pretii, & illa est probanda ab illam allegante, quod sit ultra dimidiam, etiam in bonis assignatis pro dote. Ex quibus laeso remaneat improbat, late ostenditur, & quod factum quavis probationes pro tollenda laesione, & illa improbanda. Maritus vel eius haeres non excusatur a facto ad implendo renunciationis faciendae per uxorem, ex capite enormissima laesionis, nisi probetur talis ultra mestem in receptione dotis. Valor rei ex quibus circumstantiis crescat, & cesset laeso, doctè dilucidatur.

S U M M A R I U M.

- 1 Haeres tenetur servare factum defuncti, quousque non doceat, vires haereditatis non suppetere.
2 Haeres non potest agere contra factum defuncti, ex quo ipsi tenentur de proprio ad interesse.
3 Promittens factum alienum non potest excusari, quando in casum non adimplementum se obligavit de proprio.
4 Laeso est probanda conclusio, & n. 10.
5 Renunciationis factum promissum ex capite simplicis laesionis non potest revocari, sed solum ob laesionem enormissimam.
6 Laeso enormissima requiritur etiam in contractu dotali.
7 Valoris ac pretii iustitia desumitur ex contractu facto super certore pro certo pretio, si contrarium concludenter non ostendatur.
8 Probatio facta ab auctore, non potest impugnari ad illius haereditatem.
9 Iura ab aliquo producta, contra ipsam plenè probant.
10 Valor praedii probatur ex peritis, qui doctè vicibus illud estimantur.
11 Valor probatur ex valore bonorum adiacentium.
12 Probatio deducta à verisimilitudine nullum facit.
13 Decisiones in causa edita de siglo Rota debent supponi quousque non sint revocate.
14 Laeso enormissima non adest, si non probetur ultra duas ex tribus partibus veri valoris.
15 Valor praedii rusticus non augetur ex domo rustica in illo existente, sed solum aliquantulum de eo habetur ratio in estimatione.
16 Secus si agatur de domo constructa ad majorem domini commoditatem, tunc enim non estimatur nisi praedium urbanum, sed in tota parte minus.
17 Columbarium est fructiferum, & auget valorem praedii in quo existit.
18 Domus existens in praedio rustico, si principaliter assignata sit pro dote, debet estimari in consistendo valore praedii.
19 Laesionis probatio facta per testes patientes exceptione personalis, non concludit.
20 Nec per testes non informatos de valore praedii, & qui non habuerunt rationem domus ac columbarii in eo existentis.
21 In valoris probatione preferuntur testes rei conveni in iudicio laesionis, si sunt magis informati, & admodum.
22 Laeso concludenter probanda, tollitur ex quibusvis probationibus contrariis illam offensantibus.

- 24. Iura à fe produca non potest quis impugnare.
- 25. Hares maris fupradicta hanc legem, & fit heres etiam patris, qui promissit renuntiationem non potest allegare lesionem.
- 26. Creditor ex diversis causis, si confusum fuerit satisfactus, concevantur omnibus summis non potest fieri scilicet creditorem ad arguendum lesionem.
- 27. Fructus ex legato quantitatis relicto à matre, & praestando tempore supradicti, non debentur.
- 28. Sententiam ad sui favorem latam non potest quis nec ejus heres impugnare.

DECISIO IX.

Uæ in hujusmodi causa emanatur sententia Riales, prima coram bo. me. Rondinino, in qua cum supposito, quod praedium nuncupatum, di cento buchi, assignatum pro dote Annæ ab Egidio fratre pro scut. 6000. non ascendere ad scuta 3000. definitum fuit, deveniendum esse ad novam dotis constitutionem in summa futurorum sex millium, comprehenso levato materno fecit, 3000. solvenda tamen in tot bonis Horatii patris; in secunda vero sententia prolata à clar. mem. Card. Matthæo fuit revocata seu reformata dicta prior sententia bon. mem. Rondinini, & pronuntiatum, valorem memorati prædii di cento buchi, ascendere ad scuta 3812. & residuum usque ad summam fecit. 6000. esse supplendum pariter in tot bonis cumque pluries deinceps disputatum fuerit, an hac posterior sententia sit confirmanda, vel infirmanda, & nulla ob votorum scissuram fuerit facta resolutio, adscitis tandem omnium DD. suffragiis, hodie prodiit responsum, sententiam esse infirmandam, & non esse locum constitutioni novæ dotis, neque supplemento.

Fundamentum resolutionis præbuit dicta sententia injustitia; licet enim quærens venire Anna ad redarguendam incongruitatem proprie dotis eidem assignatæ super præfato prædio di cento buchi pro summa scut. 6000. jure ei solvendum esset totum id quod deficiere prætenditur ad integrandam d. quantitate scut. 6000. itante assera exiguitate valoris ejusdem prædii ad summam, pro qua fuit facta assignatio, minime, ut pariter prætenditur, ascendente; nihilominus cum hodie, Anna vita functa, in sententia pro novæ dotis constitutione, five saltem ejusdem supplemento illius filii, qui eodem in tempore abq; controversia sunt heredes Simeonis Caroli patris obligari in instrumento dotali expressis verbis ad relevandum Odoardos heredes Egidii dotantis, non solum à molestis, que per Annam ejusque heredes, hac de causa inferri unquam possent, sed insuper ad omnia damna & interitus, exinde apertissime sequitur, quod iidem filii exaudiri non possunt, obfistens facto Simeonis Caroli eorum patris & auctoris, quod, quoque concludenter non doceatur, vires patris hæreditatis non suppetere, quod ostendere nequeat ubi inconfulto aditam hæreditatem, observare teneatur, adeo ut propter eam materne hereditatis jura hoc interim experiri non valeant, ad tradita per Card. de Luca d. c. 87. n. 8. Rot. cor. Gregor. dec. 418. n. 6. ubique adden. n. 15. Buratt. dec. 154. n. 4. in fin. ubique nu. 7. & segg. & in recent. dec. 112. n. 5. & dec. 237. n. 11. p. 11. & in Perusina residui dotis 26. Junii 1680. s. quare cum segg. cor. bo. me. Ursino. Ne alias inutilis sequatur circueus, à summis Tribunalibus semper evitandus, quod nempe si Odoardi condemnentur ad solutionem dotis, seu supplementi, ex d. causa incongrue dotationis, cogantur iidem subinde exercere propria jura pro obtinenda reintegracione summe solute adversus Actores filios Annæ, tanquam Simeonis Caroli eorum patris heredes, qui ut dictum est, speciali non minus, quam amplissimo pacto se obstrinxerunt ad solutionem damnorum, & interesse, casu quo dotans vel illius successores ex capite deficientie valoris recensiti prædii molestias paterentur, ut considerat idem Card. de Luca d. c. 62. nu. 7. sub tit. de dote, & dixit Rot. coram Dunozet. jun. dec. 938. nu. 11. & coram Celso dec. 22. n. 7. & cor. Cero dec. 363. n. 10. & segg. & in nostris precisis terminis cor. eod. Cero dec. 586. & cor. Zarate dec. 2004. Rot. cor. Seraph. dec. 665. n. 2. & segg. & in v. r. 17. n. 9. & dec. 217. n. 2. par. 14. & dec. 305. n. 7. par. 16. & in Romana lesionis 11. Martii 1678. s. cum unum idem cor. Bourlemont, & in Romana Domus 19. Apr. 1697. s. quare hinc inanis, & 11. De cemb. ejusdem anni. s. pariter idem cor. R. P. D. meo Muro.

Faciunt ulterius in hanc rem quamplura instrumenta venditionum factarum de bonis finitimis dicto prædio di cento buchi, ad rationem scut. 2000. pro quolibet rubro sumario prædicti super lesione n. 22. quibus concurrentibus undique redditur, quod calculando ad hanc rationem bona, de quibus lis est, semper valor ascendit ad scuta 4000. & ultra, excluso etiam Palatio, cum ad directam probati-

talis utique lesio, tanquam removens consensum ab actu, operetur, ut illius obligatio nullius roboris ac efficacie remaneat. Verum hujusmodi exceptio, super qua unice difficultas casus vertebatur, conuertit prosum visâ est, nedum virtute probationum adductarum ex parte fratrum de Odoardis prætenam enormissimam lesionem manifestè excludentium, sed etiam ac efficaciam ob insufficientiam earum demmer probationem ad assumpti comprobationem exhibiturum ex parte illorum de Alvitreis, quando in iure exploratum est, lesionem perfectis probationibus esse concludendam. Bald. in l. si fundus, s. 1. n. 1. ff. de p. r. Urceol. conf. ult. 3. n. 9. Rot. dec. 9. n. 10. & segg. p. 14. & dec. 126. n. 5. & duobus segg. p. 16. dec. 179. n. 8. p. 17. dec. 676. n. 10. & segg. par. 18.

It sane obsequio apertissime eliditur ex probat ionibus, ac argumentis ad ductis ab Odoardis, si quidem præmissa, ad negotii opportunitatem, regulari, & innegabili propositione, quod ad rescindendam memoratam obligationem à Simeone Carolo emissam in nuptialibus tabulis, simplex lesio non sufficit, sed pernece requiritur, quod concurrat lesio enormissima, ad firmata per Card. de Luca de credit. d. c. 124. n. 14. Hodiernad. Surd. dec. 234. n. 11. Ludovic. dec. Perusina. 27. n. 11. Amar. conf. 54. n. 5. & segg. Grammat. dec. 102. n. 103. Rot. coram Burat. dec. 264. n. 16. & coram Cero. dec. 363. n. 16. et dec. 399. nu. 2. tametsi verum in contractu dotali, cum certi juris sit, quod etiam in his terminis lesio ultra dimidiam requiritur ad annullandum contractum, juxta glossam in l. si heres, s. 1. vers. præstat. ff. de minor. Bald. Novell. de dot. par. 6. privil. 42. per tot. et priv. 43. n. 4. Phancus. de iuro dot. gloss. 10. n. 24.

Ejusmodi perfecta enormissima lesio excluditur in presenti hypothese, non solum ex præsumpta probatione iusti valoris dicti prædii, resultant ex eademque apochâ matrimoniali, in qua à contrahentibus valio statuitur in scut. 6000. cui quidem valuationi, quoque contrarium concludentibus documentis non ostenditur, semper est standum, juxta doct. Bald. in l. per diversos q. 4. nu. 13. C. mandati, quam approbat Rot. coram Peuting. dec. 40. nu. 2. et segg. ubi optimam asserit rationem, et in recent. dec. 232. n. 1. et duobus segg. par. 15. et dec. 369. nu. 47. par. 19.

Verum etiam ex attestatione compunctæ civitatis Asculane, affirmantis bona, de quibus agitur, ascendere ad libras 41. cumque quilibet libra bonorum valuarum soleat in scutis 100. ut deponunt duo publici Camerarii d. Civitatis totidemque compati sit, ut ex summario dato ex parte reorum 1. Julii anni præteriti nu. 19. & 20. ex hoc fit, quod valor horum bonorum ascendit ad scuta 4100. proindeque evidenter exceptio lesionis enormissima elisa dignoscitur, cum memorata fides super quantitate librarum, que producta fuit ab eadem Anna, dum viveret, tale genus probationis constituit, ut superlativum censeri valeat, adeo ut propter eam ab Alvitreis illius filii ac heredes impugnantur minime potest, ad text. in c. cum venerabilis de excep. Felin. in c. imputari. n. 7. de fid. instrum. Beltram. ad Gregor. dec. 138. n. 15. Rot. cor. fa. me. Alex. VIII. dec. 127. n. 1. & segg.

